



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XII Adde, q[uod] in humano corpore, quod & maioris mundi ordinem imitat[ur], membra illa sensoria, quae ad totius corporis utilitate[m] donata sunt ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

CONGRESSVS SECVNDVS

rat, plebē uero terris, Cœli (inquit) enarrant gloriā dei. Nā ut cœli discurrentes lucent, calefaciunt, humectant, uiuificant, tonantq; & choruscant, sic apostoli cæteriꝫ ministri per uniuersum orbem haud dissimilibus ministeriis spiritualiter usi sunt. Lucent enim uita, calefaciunt ardore charitatis, humectant saluberrimis cōsiliis, ingentibus promissis uiuificant, tonant minis, miraculis choruscant, ut nō immerito de eis in eodē psalmo Dauid dixerit. In omnē terrā exiuit sonus eorū. Et quoniam ecclesia semper una manet & integra, neq; minus iam eiusmodi ministris egeat, q̄ apostolorum temporibus, iccirco nunc idētidem est necessarium, ut hi qui uices apostolorum supplent, dotibus ad ministerium suum accommodis pariter exornentur.

XII ¶ Adde, q̄ in humano corpore, quod & maioris mundi ordinem imitat, membra illa sensoria, quæ ad totius corporis utilitatē donata sunt, maiori uirtute pollere conspiciamus, q̄ cætera. Sed & inter illa, quo sublimiora quæq; fuerint, eo quoque fieri præstantiora. Nam tangendi organum quod uilius est & crassioris substantiæ q̄ cætera, nempe q̄ terræ respondeat, nō nisi quæ proxima sunt discernit. Gustandi uero organum, ut aliquanto excelsius, ita & subtilius est (nam subtilitatem aquæ refert) etiam quæ aliquanto remotius posita sunt diiudicat. Olfaciendi quoq; sensoriū, q̄ illis adhuc sublimius ac sit sereneius, quippe quod nebulæ referat tenuitatem, igitur ad longe maius interuallum, suum dinoscendi iudicium porrigit. Audiendi præterea & illis præstantius est & purius. Nam & aeris puritatem atq; subtilitatem repræsentat, quo fit ut multo ampliorem distantiam sensile suum depræhendat. Deniq; uidendi organum ut est præ cæteris excelsiori loco positū, ita & maiori uirtute præditum est, syderūq; decorem imitatur. Nā & intus habet nonnihil fulgidum, & insuper ad amplissimū interuallum uisibilia percipit.

XIII ¶ Quemadmodū igitur in humano corpore membra quæ magis egregia sunt, uiribus potioribus decorantur, ita similiter & in ecclesiæ corpore par est, ut ea membra quæ cæteris præsunt, copiosioribus a deo gratiæ donis perfundantur. De